



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 21. Epistola Saxoniæ Electoris Erasmum ad Lutheri sectam sollicitantis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

admonui eum, ut ad exemplum Christi & Sæcul. XVI  
 Apostolorum cum omni mansuetudine doce- A.C. 1519.  
 ret ea, quæ ad veram pietatem attinent.

Utinam, scribit idem ad Petrum Barbi-  
 rium, tam immunis essem ab omnibus vitiis,  
 quam sum ab hoc Lutheri negotio alienus, L. 1. ep. 2.  
 non dubitarem vel citra confessionem emori.

## §. XXI.

*Epistola Saxonice Electoris Erasmum  
 ad Lutheri Sedam sollicitantis.*

Quantumvis Erasmus ejusmodi verbis  
 atque obtestationibus se a Lutheri  
 hæresi alienum tam aperte professus sit,  
 nihilominus plurimum studia eo erant in-  
 tenta, ut hunc virum ad suas partes per-  
 traherent; hos inter præcipuus erat Sa-  
 xoniæ Elector, qui datis ad eum literis,  
 quid de Lutheri doctrina sentiret, solli-  
 cite explorabat, eumque efflictim, ut  
 mentem hac super re aperiret, rogabat,  
 atque eodem tempore Erasmo significa-  
 bat, quod ipsi gratissimum foret, si non  
 modo hunc Novatorem, ejusque doctri-  
 nam commendaret, sed etiam sua ei stu-  
 dia addiceret. Attamen Erasmus utpo-  
 te vir prudentissimus, cum opiniones,  
 quas maturo nondum examine discussis-  
 set, amplecti nollet, atque aliunde do-  
 ctrinæ & unionis Ecclesiæ studiosissimus  
 esset, hæc duntaxat Electori rescripsit:

F f 2

Me

Sæcul. XVI.,  
A.C. 1519.

„ Media equidem , quibus , ut fertur ,  
 „ Catholici Lutheri invidiam creare ni-  
 „ tuntur , haud approbo , cetera tamen ,  
 „ cum hic vir mihi sit incognitus , ejus  
 „ scripta nec laudare nec vituperare va-  
 „ leo ; non enim ea hucusque perlegi ;  
 „ mea tamen opinio est , minime consul-  
 „ tum esse , quod tanta vi in eum infur-  
 „ gatur , præcipue , postquam se illorum ,  
 „ quibus rem decidere competit , iudicio  
 „ submitit , præterea nullus hucusque ei-  
 „ dem veritatem perspicue demonstravit ,  
 „ ac nonnulli potius hujus viri exitium ,  
 „ quam salutem quærere videntur , cum  
 „ tamen non omnis error possit hæresis  
 „ appellari , quippe in veterum , & re-  
 „ centiorum Scriptorum libris errores  
 „ reperiuntur ; non raro enim circa quas-  
 „ dam opiniones diversi diversa sentie-  
 „ bant , denique magis expedit viam  
 „ lenitatis quam severitatis adhibere ,  
 „ ex ipsa etiam Leonis X. summi Ponti-  
 „ ficis sententia , de cetero , si Lutherus  
 „ innocens esse comprobatur , tuarum  
 „ partium est , Princeps serenissime , il-  
 „ lum etiam contra ejus adversarios tu-  
 „ eri. „

§. XXII.

*Alia Epistola Erasmi ad Lutherum.*

L. 6. ep. 4. **H**oc item anno Erasmus epistolam ad  
 Lutherum perscripsit hanc in sen-  
 ten-